

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilecto fi-  
 lio officiali Cracoviensis salutem et apostolicam  
 benedictionem. Dilectus filius modernus prepo-  
 situs, prepositurae domus, per prepositum regi-  
 solite, de Miechovia, sepulchri Dominici Hiero-  
 solymitani ordinis sancti Augustini Cracoviensis  
 diocesis, proponi fecit coram nobis. Quod alias  
 fel. recordationis Leo papa decimus predecessor  
 noster, ex certis tunc expressis causis, preposi-  
 turam dictae domus, quae conventuali existit,  
 mensae episcopali Premisliensi perpetuo univit,  
 annexit, et incorporavit, ita quod cedente il-  
 lius tunc preposito, seu alias illam dimittente,  
 liceret tunc episcopo Premisliensi corporalem  
 possessionem dictae prepositurae, illiusq[ue] iurium  
 et pertinentiarum omnium propria auctoritate  
 libere apprehendere, et perpetuo retinere,  
 prout in literis eiusdem Leonis predecessoris  
 dicitur plenius contineri. Et ulterius in eade[m]  
 expositione subiunxit: quod licet postmodum  
 unione, annexione, et incorporatione huiusmo-  
 di, suum effectum non sortitus, tam pie me-  
 morid[us] Adrianus papa septimus etiam pre-  
 decessor noster, per suam ac etiam nos, per no-  
 stram constitutiones, seu cancellaria regulas,  
 de super editas et successive, in cancellaria  
 apostolica publicatas, et descriptas, omnes et  
 singulas uniones, annexiones, et incorporatio-  
 nes suum effectum non sortitas, ex certis rati-  
 onabilibus causis revocaverimus. Tamen di-  
 ctus prepositus, ac ipsius domus conventus  
 dubitant in futurum, pretextu unionum, an-  
 nexionum, et incorporationum earundem, mo-

lestari

lestari posse tempore procedente, nobisq<sup>3</sup> humili-  
ter supplicarunt, unionem, annosionem, et incor-  
porationem per Leonem predecessorem facta an-  
tedictas, que ante ipsas revocationes non fuerunt  
sortite effectum, revocatas fuisse declarari man-  
dare. aliasq<sup>3</sup> ipsis in premissis utilitatis mini-  
sterio providere de benignitate apostolica di-  
gnaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationi-  
bus inclinati, discretioni tue per apostolica  
scripta mandamus, quatenus si tibi, quod an-  
te ipsius Adriani predecessoris, et nostram  
revocatoriam constitutiones, seu regulas, di-  
ctam unionem per Leonem predecessorem  
factam, nondum fuisse suum sortitum effe-  
ctum legitime constiterit, illam per regulas,  
seu constitutiones huiusmodi revocatam, cas-  
satam, et annihilatam, ac preposituram ean-  
dem in pristinum, et eum statum, in quo ante  
ipsam unionem existebat, remansisse, et remane-  
re auctoritate nostra nunties et declares, pro-  
ut iuxta casus huiusmodi successum, fue-  
rit de iure faciendum. Datum Rome apud  
sanctum Petrum, anno incarnationis Do-  
minice, millesimo quingentesimo vicesimo  
quarto, pridie calendas maii pontificatus  
nostri anno primo.